

best. Valentin

Kanspach

1704

B. 1440

David Justnoll

10



Handwritten text, possibly a signature or name, written in a cursive script.



Small, faint handwritten text or markings below the dark smudge.



3

DICTA HÆC PA-
RIETES LOQVNTVR IN
ÆDIBVS G. VICELII D. ET
IAM PER GABRIELEM
V. F. IN AMICORVM
GRATIAM DIVVL-
GATA.

47 46



MAGVNTIACI.

Excudebat Casparus Behem.

ANNO M. D. LXVIII

DICTA HEC
RITUS LOGICAE
ADRIANUS G. V. G. P. P.
L. M. P. R. C. A. R. I. S.
V. T. I. N. A. M. I. C. O. R. T. I. M.
G. R. A. T. I. A. M. D. I. C. T. E.
G. A. P. A.



M. A. D. V. M. T. H. A. C. I.
Ex libris
anno M. D. LXXVII

D
A
H
Ca
Et
Si
A
V
O
V
S
V
In



DOMVS VICELII AD RATEM.

Appicti quæris quæ sit sententia signi,
Quidue Ratis cupiat flumine vecta suo?
Hæc est à proavis Domui data notio nostræ,
Debeat vt validæ nomen habere R^ATIS.
Causa subest: Tacito quodd ceu pede labitur vnda,
Hoc Hominum properat vita caduca modo.
Et tamen vt tumidis raro submergitur vndis
Nexibus vsa suis irrequieta Rates:
Sic monet infracta virtutem mente sequendam,
Quæ sola est dubijs certa medela malis.

In Atrio Domus Vicelianaæ.

BEATA MEDIOCRITAS.

Antiquo quotquot vixerunt tempore vates,
Magnanimosq; tulit Græcia docta Sophos,
Vnanimi semper, nihil impediante tenore,
Præcipuum in MEDIO constituere bonum.
Omne fuit studium animiq; intentio sola,
Huc animi vires explicuere suas.
Vt medium peterent inter Nimumque Parumq;
Qua sola virtus in regione latet.
Sic modo prestanti qui viuunt tempore docti,
Exemplum iustum quodq; sequantur, habent.
Vt seu Mundana moueatur Quæstio causa,
Seu moueat dubium Relligionis opus.
Inter vtrumq; suæ sic æquo limite mentis,
Iudicium iusta dexteritate regant.

A ii

Ex.

Excessisse nimis vel defecisse videri
Ne possint: Medij hinc Anchora Sacra latee.
Aurea simpliciter medium est res tota per illud,
Non datur ex alio vita beata loco,
Hoc si quis tanquam Theseia fila sequetur,
Tranquillos viuet tempus in omne dies.

F. N. L.

Supra Portam maiorem.

Omnes Eo dem cogimur, Omnium
Versatur Vrna, Serius, Ocius,
Sors Exitura, &c.

Q. Horatius. F. Libro 1. Carm.

Ad Fontem.

HORAT. LIB. 4. CARM.

Non possidentem multa vocaueris.
Rectè beatum, rectius occupas
Nomen beati, qui Deorum
Muneribus sapienter uti,
Duramq; callet pauperiem pati,
Peiusq; letho flagicium timet:
Non ille pro Charis Amicis,
Aut Patria timidus perire

Intra Parietes.

OLIVA.

Symbolum Pacis.

Pace suo passim florescunt cuncta vigore
Pacem potest rerum pulchrius esse nihil.

Pacem

Pacem inter vos gerite. Marci. 9.

Aliud.

CRUX.

IN HOC VINCE.

SOL.

Angelica vox è Cælo, de signo Crucis in Aëstris
supra solem viso: ô.

Constantine, in hoc vince. Ex Eusebio Sozo-
menus, Lib. 1. Cap. 3.

In Ianuis.

In medio residens complectitur omnia Phæbus.

Benedictio Domini super vos, &c. Psalm. 128. *Aliud.*

I Bone quo virtus tua te vocat, I pede fausto. Aliud.

Non quàm multis placeas, sed quibus, stude. Aliud.

M. T. CICERO.

Præmeditatio futurorum malorum lenit eo- *Aliud*
rum aduentum, quæ venientia longè antè dictum
videris.

In Fenestris.

Ambulate: dum Lucem habetis, vt Filii Lucis
sitis, Iohan. Cap. 12.

OVIDIJ.

Perfer et obdura, Dolor hic tibi proderit olim.

Sæpe tulit lassus succus amarus opem.

Idem: Sæpe fit expulsa nube serena Dies.

Aliud.

O. O. O.

Omnia Orta Occidunt. Salust.

A iii

M. N.

M. N. O.

Mediocritas Nimum Odit.

AD GRADVS.

Dominus erigit Elifos, &c. Psalm. 45.

Mortis et vitæ Dimicatio in ipso Patrefa-
milias: Mense Iunio, Anno Salutis. 1562.

Vox Apostoli:

Quæ sursum sunt, Sapite. Collos. 3.

In Hypocausto Maiori.

THEOGNIDIS DICTVM.

Ne nimis propera omnium Media optima,
et Sic Cyrne virtutem habebis, Duæ sanè sunt
Potus Sortes miseris Mortalibus: Sitis mem-
bra resoluens, Et Inebriatio molesta. Horum
v rò per medium versabor: Neque mihi per-
tu d. bis, neq; quicquam non potare, neq; ni-
mis inebriari.

Aliud
Dictum.

Quis mihi det antequam moriar, videre Ec-
clesiam Dei, Sicut in diebus Antiquis. D. Bern-
hardus Epistol. 139. Ad Papa: Eugen.

Aliud.

Bonitas Dei ad Poenitentiam inuitat nos,
Nam idem bonus est et iustus. Ad Romanos.
Cap. 2. & Psalm. 72. 114.

Iuxta Horologium:

Tempora

*Tempora labuntur, tacitisq; senescimus annis,
Et fugiunt freno non remorante Dies.*

Fastorum 6.

In Hypocausto Minori.

ECCLESIA.

*Domine Exercituum, Reuertere obsecro,
respice de Cœlo et vide, & visita præparaq; vi-
neam istam, et perfice Eam, quam plantauit
dexteratua, Amen, Amen. Psalm. 79.*

MVNVS.

*Vanitas vanitatum, dixit Concionator,
Vanitas vanitatum, omnia vanitas,*

Eccles. Cap. 1.

*O Curas Hominum, O quantum est in re-
bus Inane. Persius. Satyra. 1.*

F. Horarij.

Damnosa quid non imminuit dies,

Ætas Parentum peior Auis tulit,

Nos nequiores mox daturus,

Progeniem vitiosorem.

ALIVD.

*Nimum et Parum in vitio est, Mediocritas
autem in virtute. Hæc Aristot.*

A iiij

In

In Museo Amanuensium.

Redi in Domum tuam ad tuos, & annuncia
illis, quanta Dominus tibi fecerit & misertus
tui sit. Marc. 5. Lucæ, 8.

Ex Q. Horatio Flacco:

Auream quisquis Mediocritatem

Diligit tutus caret obsoleti.

Sordidus tecti caret invidenda.

Sobrius Aula.

Aliud. Diuerte à Malo & fac bonum: Inquire Pacem
et persequere eam. Psalm. 33.

Aliud.

Nil eximium sine labore.

In Triclinio siue,

Cœnaculo Æstiuiali.

1. Tabul. Homo ex Humo sumpte, memento quia pul-
uis es, et in puluerem reuerteris Genesis, Cap. 3.
Psalm. 103. Eccles. Cap. 12.

Omnia sunt Hominum tenui pendentia filo,

Et subito Casu, quæ valere, ruunt.

2. Tabu. State super vias et videte, et interrogate de se-
mitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate
in ea, & inuenietis Refrigerium Animabus ve-
stris, Proph. Hieremiæ Cap. 6.

CHARITAS.

3. Tabul. S. Paulus Apostolus: 1. Timoth. 1. Finis præ-
cepti est Charitas ex Puro Corde et conscien-
tia bona et Fide non ficta.

S. Iohannes Apostolus: 1. Epistola. Cap. 3.

Hoc

Hoc præceptum DE Iest, vt credamus nomi-
ni Filii eius IESV CHRISTI, & diliga-
mus nos mutuo.

Pars Philosophiæ, Socraticæ idest, primariæ,
ex Phormione P. Teren-
tii Afri, Act. 2.
Sen. 1.

Omnes cum secundæ res sunt maximè. 4. Tabu-
lum maxime meditari secum oportet, quo
pacto aduersam ærumnamferant, pericla, dam-
na, exilia, peregrè rediens semper cogites, aut
Filii peccatum, aut vxoris mortem, aut mor-
bum Filia. Communia esse hæc, fieri posse, vt
ne quid animo sit nouum, quidquid præter
spem eueniat, omne id deputare esse in lucro.

*Ex M. T. Cicerone ad Tyronem, Quinq[ue]
valitudini tuendæ necessaria
esse, Nimirum:*

Concoctionem, 2. Fugam Lassitudinis. 3. 5. Tabul-
Deambulationem modestam. 4. Oblectatio-
nem. 5. Facilem alui solutionem. Asclepiades
Pompei Mag. Familiaris addit hisce Tempe-
rantiam et Frictionem.

Altissimus creauit de Terra Medicinam, &
vir prudens non abhorrebit ab illa. Eccle. 38.

Aliud
dictum.

CANON LEGIS NATVRALIS.

Quodcunq; tibi fieri nolis, alteri ne feceris.

6. Tabu-

Regula Iuris.

A v

Qua-

Quaecunq; contra Ius fiunt, pro infectis ha-
beri debent.

Ex Decretis.

Vsus veritati contrarius, abolendus est.

AQVILA CÆSAREA.

7. Tabu. Paralippom. Cap. 29. Inclinauerunt se, ac
genu flextrunt DOMINO et Regi.

Prouerbiorum, Cap. 24. Fili mi, Time
Deum & Regem.

Petri 1. Cap. 2. DE VM Timete, Regem
Honorate.

S. Ignatius ad Philadelphum.

PRINCIPES OBEDITE CÆSARI

Vox Christianorum, non Iudeorum tan-
tum: REGEM NON HABEMVS NISI
CÆSAREM. Iohan. 19.

Rota Maguntiacæ

8. Tabu. V Viligisse vviligisse, Memento quis fue-
ris, & quis modo sis.

Hieroghphicon est, denotans Auectionem
vitæ in vitam.

MAGVNTIA.

9. Tabu. Maguntiacum Nobilis quondam Ciui-
tas, capta atq; subuersa est, & in Ecclesia mul-
ta Ho-

ta Hominum millia tracidata. Verba D. Hieronymi ad Gerontiam.

Graphiarium.

Non minor est virtus quàm scribere scripta Tueri. Iuuenalis: 10. Tab.
Difficile est, Satyram non scribere.

AD MENSAM.

Apostolicon:

Esca ventri et venter Escæ, Deus autem hunc et hanc destruet. 11. Tabu.

Philosophicon.

Edendum vt viuas, non viuendum vt edas.

INSIGNIA VICELII NOBILIA 12. Tab.
A FERDINANDO RO. IMPERAT. AVG. DONATA,
CVM INSCRIPTIONE:

Christo & Ecclesiæ. Beata Mediocritas.

Effigies V viceli. S.

Sic Oculos, Sic ille genas, Sic Ora ferebat. 13. Tabl.

Domine dilexi Decoré Domus tuæ, quin & Lex tua meditatio mea est. Psalm. 25. & 128.

In Cubiculo Paterno.

Sic ait

Sic ait Dominus: Vigilate, orate, et parati estote, quia nescitis diem neq; horam, &c. Matth. 14. & 15. Marc. Cap. 13.

Aliud.

Confide in Domino, & fac bonum: In habita terram et pascaris verè. Psalm. 36.

Aliud.

Omnem sollicitudinem vestram proicientes in Dominum, Quia ipsi cura est de nobis. S. Petri, Epla. 1. Cap. 5.

Aliud.

Mihi autem adhærere DEO bonum, & ponere in Domino spem meam Psalm. 32.

Ad Arma Vicelij.

*Quando est dissimilis nostra hæc Ecclesia prisca,
Ferre transfosso pectore tela fero.*

VVLNERASTI COR MEVM, &c.

Cantic. 4.

Servâ nos Domine perimus.

Matth. 8.

G. VV. S. & E. C. T.

MORS.

Mortem sempiternam metue, & præsentem non curabis, D. Augustinus sup. Psalm.

Ad Bibliothecam.

NOSCE NOVISSIMA.

Cum fex cum Limus, cum Res vilissima simus.

Vnde superbimus ad Terram terra redimus.

Factus

Factus est IEHOVA noster, fortitudo
pauperi, fortitudo Egeno in Tribulatiōe sua, Aliud.
Spes à turbine, vmbra culum ab æstu, Esai. 25.
Requirite diligenter in Libro Domini, & Aliud.
legite, Esaiæ. Cap. 34

In Cubiculo, Charitatis Viceliæ Filia.

Ex Deuternomio Moses Cap. 31. In hæc
tempora : Gens est sine Conciliis et sine In-
telligentia, vtinam Sapientes essent et Eruditi
(Secundum Deum) ac rerum nouissimarum
Intelligentes.

Sumula vitæ Deo gratæ, Ex Prophe.
Machea. 6.

Nunciabo tibi ô Homo quid bonum sit, et Aliud
quid à te Dominus exigit, Nempe vt facias dictum.
quod iustum æquumq; est vtq; misericordi-
am pietatemq; diligas, et Humilis pudicusq;
eum Deo tuo viuas.

Ex Plinio Sec. Lib. 7. Epist. ad Maximum:
Optimi sumus, dum Infirmi sumus. Quem e. Aliud.
nim Infirmum aut auaritia aut libido solici-
tat: Non amoribus seruit, non appetit honores,
Opes negligit, Hominem se esse meminit, in-
uidet Nemini, neminem miratur, neminem
despicit, Et sermonibus quidem malignis aut
attendit aut alitur.

In Conclauis Charitum.

Anneus Seneca de morte. Eò ibis, quò om-
nia

nia eunt, ad hanc legem natus est, Hoc Patri
tuo accidit, hoc Matri, hoc Maioribus, hoc o-
mnibus ante te, hoc omnibus post te.

Adhortatiuncula G. VV. D. Ortho-
doxa ad familiam suam
germanam:

1. Im Glauben diene vnd fürchte Gott/
Durch gnaden halte seine Gebott.
So hilffte er dir auß aller noth/
Bist sicher vorm ewigen Todt.
2. Frag zuerst nach Gottes reich vnd recht/
Bist warhafftig/frohm klug vñ schlecht.
So wirt dirs an Narung nit gebrechen.
Dis wirt kein Christen widersprechen.
3. Dieser argen Welt reich/bauch vnd lust/
Du hieneben fleißiglich meiden must.
Vnd nicht folgen der alten schlangen rath/
Wie vnser erste Mutter Eua that.

Ad Ambulachrum superius.

MEDIOCRITAS OPT.

Mache alles dings ein maß/
Was darüber ist das laß.

HVMA.

HUMANITAS.

Alter hin / Junger her /
Heut dieser / Morgender.
Solchs werd biß zu end der Welt /
Selig ist der da Gott gefelt.

MORTALITAS.

Ich komme langsam / aber doch /
Rehr umb bald / das rath ich noch.
Denn heut vber hundert Jahr /
Ist deiner weder haut noch har.

*In Cubiculo Hospitum.
Peregrinorum.*

HOMO Muliere natus tam breuis æui,
tam plenus est miseriæ, qui ceu flos exortus
carpitur, et velut umbra fugit, nec durat. Hi-
ob, Cap. 13.

Scio quod redemptor meus viuit, & in no- Aliud
uissimo Die de terra surrecturus sum, & rur- Dictum.
sum circumdabor pelle mea ac in Carne mea
videbo Deum Salvatorem meum Hiob,
Cap. 13.

PSALM

PSALM. 60.

Iehoua omni credenti Turris Fortitudinis
à facio Inimici.

Deum time, & præcepta eius custodi, siquid
dem hoc omnium Hominum, Nam omne
opus adducet Deus in Iudiciũ vnà cum occul-
to, siue bonum sit, siue malum, &c. Eccle, 12.

AD LECTVM.

Aliud. Beatus qui Sapientiam inuenit, Longitudo
dierum in dextera eius in sinistra vero eius di-
uitiæ et gloria Prouerb. Cap. 3.

AD EPHESIOS Cap. 5.

Aliud. Expergiscere qui dormis, ac surge ex Mor-
tuis, et illuminabit Te CHRISTVS.

THESSALON. 1. Cap. 5.

Aliud. Ne dormiamus ergò sicut cæteri, sed vigi-
lemus sobrii q; simus.

In Museo Lagorum.

Quintilianus: Profectus diligentia constat,
& in audiendo consistit.

Aliud. Crates Philosophus Indoctum puerum vi-
dens, Pædagogum eius percussit.

Aliud. *Regula quæ vitæ sit præstantissima quæris,
Mens hilaris faciens, quod decet, idq; loquens.*

G. V. S.
Velis quod
Fit.

D. M. S.
Velis quod
Potes.

D. O. F.

D. O. F.

Ars Artium est, in Christo piè mori.

Memento Creatoris Tui, in diebus Iu-
uentutis tuæ.

DOMVS LVCTVS, NON
CONVIVII:

IN CLAVSTRO GABRIE-
LICO. Matth. Cap. 22.

Magister quod est mandatum maximum
in Lege? Dixit autem illi IESVS: Diliges
Dominum Deum tuum toto Corde tuo, &
tota animatua, totaq; mente tua. Hoc est pri-
mum & maximum mandatum, Secundum
autem simile huic: Diliges proximum tuum
perinde atq; teipsum: In his duobus manda-
tis tota Lex et Prophetæ pendent.

S. PAVLVS.

Philipp. Cap. 4. Quod reliquum est, quæ-
cunq; sunt vera, quæcunq; Honesta, quæ- Aliud.
B cun-

cunq; iusta, quæcunq; Boni Nominis, quæ-
cunq; pura, quæcunq; accommoda. Si qua
Virtus, & si qua Laus hæc Cogitate, quæ &
didicistis & accepistis, & audistis & vidistis in
me, hæc facite & Deus Pacis erit nobiscum.

*L. ANNEI SENECAE
DICTVM,*

Aliud. Quid est præcipuum? Meminisse, Vt siue
foelix eris, Scias hoc non futurum diu, Siue
Infœlix, Scias hoc te non esse, nisi cum pu-
tes.

Apud Dormitorium Tabel-
lionum.

ANNEVS SENECA.

Tutissima res est, nihil timere præter De-
um, & tolerabilior est qui mori iubet, quàm
qui male viuere.

Rursus: Volunt Homines ita præce-
ptum esse, vt viuunt, non ita viuere, vt præ-
ceptum est.

Ad Caminum.

Hic

Hic niger est, hunc tu Romane caueto.
Oleum Camino addere noli, &c.
Ignis Gladio non fodiendus est.

COLOPHON.

*Summa veræ Philosophiæ est, discere
Benè Mori, Et finis Theologiæ est,
Scire in CHRISTO piè Mori. V.*





AD

AD GLORIAM
CHRISTI SALVA-
TORIS OPT: MAX.

ORTHODOXAE DIVINO
CVLTVI DEDITÆ PVDICÆ
ELISABETH CONIVGI VARIA-
RVM AFFLICTIONVM SOCIAE,
INSUPER CONCORDIAE FILIAE
RELIGIOSISSIMÆ, GEORGIVS
VVICELIVS SENIOR MOESTVS
HOC MONVMENTVM. F. F.

OBIIT MATERFAMILIAS MO-
GVNTIAE: VIRTVTVM PARITER
AC DIERVM PLENA, NOVEMB.
XIII. CONCORDIA VERO FILIA,
SEPTEMB. XXVII. ANNO DOM:
M. D. LIII.

ELISABETHA
VICELIA.

ISTO VICELII PRÆCLARI SE-
DVLA CONIVNX
ELISABETHA LOCO CONTV-
MVLATA IACET.

B iii

CHA-

CHARITAS VICELIA HVIVS
FILIA. GEORG: SABBATHINI
CONIVNX, EODEM TECTA LA-
PIDE, OBIIT MOGVNT: ANNO
DOM: M. D. LXVII. DIE IVLII X.
ÆTATIS VERO SVÆ, XXII.

EPITAPHIVM.

Cessit en Fatis, iacet hęc Sepulta

*CHARITAS, vultus Mulier decori,
Quam Phthisis Morti citius necandi*

Præbuit ansam.

Dotibus claris Animi secunda

Haud fuit cuiquam: Thalamo Iugali

Nixa, Proh, Partum simul atq, vitam

Fudit in auras.

Sensit, heu, Lethi per amara Tela,

Quodq, debebat gelidæ parenti

Debitum, Soluit, Spolium excidisse

Tartara lugent.

Vivit at CHRISTO Mulier decorata

Atq, cum Divis, fruitur æterno,

Gaudio, latrent licet vsq, Cæci

Monstra Barathri.

COGITÀ MORI

S
I
O



96 1555.

ULB Halle

3

004 971 043




5b.

2. 5

50

61
17





3

EDICTA HÆC PA-
RIETES LOQVNTVR IN
ÆDIBVS G. VICELII D. ET
IAM PER GABRIELEM
V. F. IN AMICORVM
GRATIAM DIVVL-
GATA.

47 46
8



MAGVNTIACI.

Excudebat Casparus Behem.

Anno M. D. LXVIII

